



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Svsii E Societate Iesv Opvcvla Litteraria**

**Suys, Nicolas**

**Antverpiae, 1620**

Scena I.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-69342>

Ego istos execror pugnos quantumuis pugnacissimos.

Lyd. Ego te religione exuo, nihil debes mihi,

Soluisti. Mess. Nolo in ære esse alieno: cape.

Lyd. Nimis etiam prodigalis factus es Aedopol,

Tutore opus. Lyd. Quia vaniloquius es, nūc vapula.

Mess. Optati ciues, incolæ, accolæ. Lyd. Nunc va-pula.

Nicob. Quin fugimus hinc Messenio? Pist. Sic ex-pedit,

Nisi exossari malitis miseris modis.

Nic. Vbi tunc, qui exossas homines, homuncio:

Mox tibi cutis nulla erit in natibus, ô homuncio,

Cum resciat isthac parens, ô homuncio:

Neque enim hæc tacebo, neque celabo, ô homuncio:

Sed patri iam tuo referam, ô homuncio:

Tunc tibi cutis nulla erit in natibus, ô homuncio.

## ACTVS QVINTI

### SCENA I.

PISTOCLEVAS cum sociis.

Mnes. **P**Ugnata hæc pugna est fortiter: fugit se-nex.

Pist. Velim equidem non rediret auctus copiis:

At mihi cor augurium facit, mox adfore.

Neque salus nobis iam saluti esse, si

Cupiat, potest: nec vsquam stabulum est confidentia.

Lyd. Ignave miles, siccine post victoriam

Cor palpitat: Quid si modò vicitus igitur,

*Quid*

*Quid foret animorum? Pīst. Succidaneam  
 Pro me cutem tuam si dederis, aureum  
 Dabo qui liber fias. Lyd. Dabo, si quid accidat  
 Præter fortunam, quam peteſis optimam.  
 Pīst. O carnificinum cribrum, quod credo fore,  
 Ita te ferabunt patibulatum per vias  
 Stimulis. Lyd. Sine, inquam, mox adero, mox pro-  
 feram.  
 Bellaces machinas, queis mox senes  
 Prosternam ambos. Solicl. Aget aliquid, miscebit  
 omnia.  
 Noui hominem. Pīst. Cæterūm filiam vlmorum in-  
 tegram  
 Feremus hodie singuli, quantam Atlas vix ferat.*

## SCENA II.

MESSENIO.

PISTOCLERVUS cum suis.

*Agite, agite, agite, pendere si quis expetat,  
 Restes hic grates veneunt, teruncium  
 Non postulo. Heus Pistocle, hac tibi gulam  
 Induat, hac tibi, tibi hac. Panaceam credite  
 Me à Ioue malorum omnium habere in promptu  
 Hercule.*

*Pīst. Pandoram te credo Hercule. Lyd. Agesis. Pīst.*

*Vt pendcam?  
 Sat citō pendebo, mox rbi senex venerit:  
 Quid opus præuortior labore maxumo  
 Quod nullo mox labore vltro mihi dabitur?*

Tu